

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Dissertationem De Coeliaca Passione, Gratioussimae
Facultatis Medicae Indultu**

Kummer, Johann Gabriel

Basileae, 1709

Thesis XX., XXI.

[urn:nbn:de:bsz:31-41461](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-41461)

cantia, Sale volat. acri constantia, inde etiam pro ratione blanda acida, aut etiam Sale nitroso abstergente prædita, rhabarbarina item, aliaque blandè vacuantia.

THE S I S XX.

Ex vacuantibus, aliqua pro eluendis primis viis per alvum injiciuntur, alia per os assumuntur: illud consequimur ope clysterum, cujusmodi pro detergendâ vel abstergendâ mucagine viscidâ injici alias solent; quia autem ad intestina tenuia tales non pertingunt, etiam horum usum hic minus proficuum esse arbitramur. Quæ per os assumuntur, majoris sunt momenti, & inter hæc in primis commendantur & egregiè operationem suam edunt vina medicata, quorum ope unâ fidiâ duos dealbare possumus parietes, præparamus nimirum humores, incidimus, fluxiles reddimus, simulque vacuumus: ubi tamen observandum, quod sc. post prægressam dysenteriam, vasculum lacteum unum alterumve oblitteratum fuerit vel coaluerit, à vacuantibus & leviusculè irritantibus prorsus desistendum esse, siquidem apud dysentericos facies intestinorum interior satis tenera evadit: maximè verò locum habent, ubi glandularum pori, & etiam bilarii ductus orificium viscidâ mucagine fuerint oppleti: Formula vini medicati sit talis

℞. rad. cichor.
enul. ana ꝑi.
cort. cappar. ꝑi.
hb. absynth.
chamad. r.
fumar. ana ꝑi.
rhabarb. el. ꝑvi.
fol. fenn. d. m. ꝑi.
sem. anif.
crem. tartar. ana ꝑi.
sal. absynth. scrup. ii.

Incis. & contuf. affunde aq. commun. & vin. alb. vet. ana ℥i. Dos. ꝑiv. singulis manè jejuno stomacho sumendâ.

THE S I S XXI.

Abstergendi & deopplendi ergò, commendare hic licebit

cebit usum panaceæ solutiæ iteratum : inde juscula herbis
cochl. fumar. nasturt. aquat. raph. rustican. &c. alterata lau-
damus, quibus cum sumi possunt pillulæ sequentis composi-
tionis.

℞. diaphoret. martial. ʒi.
rad. aron. præparat. ʒβ.
sal. absynth. scrup. i.
ol. destillat. cinnamom. gtii.
extract. fumar. q. f.
M. f. pil. ex ʒi. N^o. XL. consperg. pulv.
liquirit. Dos. pil. X. manè cum jusculo
sumendæ.

T H E S I S XXII.

Usuales etiam hîc sunt pulveres & quæ guttatim solent
exhiberi, uti Tinctur. Spir. Essent. &c. ceu sunt Tinct. mar-
tis vitriol. tartari antimon. sp. sal. ammon. anifat. menth. Essent.
absynth. Sp. aperitiv. Penot. cochlear. salis, vitrioli dulc. Elix.
vitrioli Mynsicht. &c. singula convenienti tempore & loco
cum vehiculo congruo. Formula pulveris sit sequens.

℞. pulv. antihect. Poter.
Quercetan. ana scrup. ii.
Stomach. Birckm. sine
rad. acor. nostrat.
oc. cancr, præparat. ana ʒβ.
tartar. vitriolat. scrup. i.

M. f. p. f. de quo sumatur ʒβ. provice.
Aliqui pulverem stomachicum Birckmanni solum, addito
pauillo ol. N. M. express. singulis manè & vesperi ad ʒi.
cum pane vino macerato commendant.

T H E S I S XXIII.

Neque tandem diaphoretica, nullius hîc videntur esse
momenti, si humoribus in Massâ Humorali ritè præparatis
& fluxilibus redditis, adhibeantur, siquidem & hæc ferum
viscidum, glutinosum, attenuare, solvere, fluxile reddere,
& per vias cutaneas vacuare possunt.